euch erfordern und ynen anzaigen das wir bemelten Magistrum Justum Lipsium des erforderten publici testimonii magisterii aus gnaden und sondern beweglichen ursachen auch des erbottens juramenti erlassen haben
 25 wollen und das er numehr unvorhinderten dinge ad decanatum solle admittirt und ferner widder yne nichts derwegen disputirt sondern in guter ainigkeyt gelobt werden. Welchs yr der facultet artium von unsertwegen sollet vormelden und ufferlegen doch sol diese unsere gnedige disputation in kunfftigen fellen unsern statutis zu keiner einfurunge geraichen noch
 30 angezogen sondern dabey gelassen werden aber ubergeben unsers erkenntnis die wir uns wollen ex iusta causa in allen kunfftigen solchen fellen vorbehalten haben und yr thut an dem allen unsere gnedige meinung die wir euch mit vorhalten wollen. Datum Weymar den 24 februarii Anno etc. 73

Ad Senatam Universitatis Jhenensi De decanatu artium.

35 Datum 24 februarii Anno 73.

4. Brief van de vicedekaan en van de Magistri artium der Universiteit te Jena aan Caspar Melissander⁸. 25 februari 1573.

Verzoek om een brief in verband met het dispuut aan de Facultas Artium van Jena aan hertog Johan Wilhelm te overhandigen of aan diens plaatsvervanger Eberhard von der Tann.

Salutem in Christo Iesu nostro salvatore plurimam. Etsi his diebus propter adversam valetudinem nostri illustrissimi, clementissimi et piissimi principis acerrimi verae religionis defensoris magis debemus operam dare iustis precibus, quam aliis negotiis, reverende et clarissime domine doctor, amice
 5 et patrone singularis, tamen, cum in nostra facultate scilicet philosophica sit mota quaedam disputatio de re omnium maxima pertinente nimirum ad commodum non unius atque alterius personae, sed ad salutem totius Academiae, immo etiam ad patrocinium nostrorum statutorum, quae ab Illustrissimis Saxoniae ducibus sunt approbata, nos professores optimarum
 10 disciplinarum et reliqui recepti in collegium philosophicum, etiam atque etiam maiorem in modum petimus atque contendimus, qua reverentia quoque studio par est, a tua reverenda dignitate, ut ea pro suo erga nostrum collegium amore et benevolentia has literas inclusas primo quoque tempore tradat, vel illustrissimo principi, quod profecto maxime vellemus, vel si
 15 hoc fieri prorsus non potest, ad minimum prudentissimo et optimo viro domino Eberhardo locum tenenti. Et etiam dominum doctorem tanquam membrum nostrae facultatis, vehementer vocatum volumus; ut quoque ipse

8. *Caspar Bienemann* (Melissander) o Nürnberg 1540 - † Altenburg 1591. Lutheraanse theoloog en schrijver van kerkliederen. Hij studeerde te Leipzig bij Joachim Camerarius, te Jena bij Flacius en Musäus, in Tübingen bij Crusius en Callus theologie en talen. Nadat hij door keizer Maximiliaan II als tolk naar Griekenland was gestuurd noemde hij zich graag Melissander. Hij was „Generalsuperintendent“ van Pfalz-Neuburg, maar werd vandaar verdreven. In 1571 werd hij doctor in de theologie te Jena en gouverneur der kinderen van Johan-Wilhelm van Saksen, maar in 1573 vandaar verdreven. 1578 „Generalsuperintendent“ te Altenburg. Cf. NDB II, 228.

hoc negotium, de quo sine dubio certior reddetur, promovere non gravetur qua re nobis nihil gratius contingere potest. Et tuae reverendae dignitati
 20 vicissim promittimus nostrum studium et operam sine ulla receptione aut laboris aut temporis aut occupationis. Quod reliquum est, vobiscum aeternum deum patrem domini nostri Iesu Christi cum spiritu sancto ardentibus votis oramus, ut pro sua misericordia nostrum pium et christianum principem, qui est pater patriae, restituat pristinae sanitati, idque faciat propter
 25 gloriam sui divini nominis, propter salutem ecclesiae, et emolumentum Academiae atque adeo totius reipublicae christianae. Valetate felicissime. Datum Ienae 25 februarii anno a partu virginis 1573.

Tuae reverendae dignitatis observantissimi
 30 Vicedecanus, professores et caeteri Magistri artium collegii philosophici in Academia Ienensi.

Reverendo viro eruditione virtute, pietate, consilio et doctrina praestanti viro Domino Casparo Melissandro Sacrarum literarum promotore doctori et illustrissimi ac piissimi principis domini Iohanni Wilhelmi etc fideli consiliario, nec non eius celsitudinis generosi et illustris filii etiam
 35 dignissimo praeceptoris, amico et patrono suo plurimum colendo. 25 februarii vesperi hora septima

Heshusio scribendum f. virt. n. pr.

5. Brief van Josias Marcus aan Hertog Johan-Wilhelm 26 februari 1573.

Zopas werd het bericht van de hertog ontvangen. Zijn wil moet nageleefd worden, doch Marcus kan dit niet waarborgen.

Durchlauchtiger hochgeborner furst E.F.G. sint meine unterthenige dinstreues vleys zuvor. Genediger furst und her E.F.G. bevelich M. Justum belangende und an die universitet haltende habe ich entpfangen unnd unterthenig verlessen. Unnd nachdeme eben die stunde mit einem bericht
 5 derhalben an E.F.G. ich einen boten abfertigen wollen überschicke denselben E.F.G. umb unsrer nachrichtigung willen ich auch unnd sol E.F.G. bevelich nachgelebet werden. Welchs E.F.G. in unterthenigkeit ich nicht bergen sollen. Datum Jena den 25 februarii Anno 1573. E.F.G. Untertheniger gehorsamer diener Josias Marcus D.

10 Doctor Josias Marcus

Dem durchlauchtigen hochgebornen fursten und hern, hern Johans Wilhelmen, herzogen zue Sachssen Landgrafen in Düringen und Marggrafen zue Meissen meinem genedigen fursten und herrn. Presentirt 26 ten februarii anno 1573 ten

6. Brief van de Vicedekaan, professoren en andere Magistri der Faculteit der Filosofie gericht aan Hertog Johan-Wilhelm van Saksen. 25 februari 1573.

Hoewel we Justus Lipsius graag als collega erkennen, kunnen we hem het dekaanat toch niet onvoorwaardelijk toekennen. Bij

zijn benoeming tot professor hebben we – zoals onze statuten het eisen – een getuigenis van zijn graad van Magister gevraagd. Vermits hij onze eis onbeantwoord liet, hebben wij hem in de faculteit aanvaard op voorwaarde dat hij binnen de zes maanden bewijzen zou voorleggen. Nu hem het dekanaat overgedragen zou worden, hebben we nogmaals vriendelijk maar met nadruk aangedrongen en dit in het belang van de universiteit en van hem zelf. We hebben voorbeelden aangehaald van doctor Johannes Mylius en Bocerius, die ook tot dekaan werd benoemd, maar geen magister bleek te zijn en we hebben hem gewezen op de moeilijkheden die daaruit voortspruiten. Justus wou nog steeds niet op ons verzoek ingaan. Hij voerde aan dat het voor hem gevaarlijk is een getuigschrift te vragen bij de Jesuïeten te Keulen waar hij vóór tien jaar magister zou geworden zijn. Wij hebben hem aangetoond dat dit gevaar eerder denkbeeldig is.

Vermits we niet kunnen toestaan dat op enigerlei wijze een inbreuk op onze statuten gepleegd wordt, vragen wij onderdanig ze te beschermen en Justus Lipsius te verplichten ons een bewijs van zijn graad voor te leggen vóór de komende bevordering.

Durchlauchtiger Hochgeborner Furst Euern furstlichen gnaden seind beyneben wuntschung zeitlicher unnd ewiger wolfart unsere unterthenige und gehorsame pflichtwillige dienste jederzeit hochstes vleisses zu vorn. Gnediger Furst unnd Herr, Wir sind nicht alleine hoch erfrewet das E.F.G.

5 diese derselben lobliche universitet alhier zu Jhena so väterlich trewlich und furstlich in reiner unverfelschter lehre, wahrer gottsheligkeit und ubung gueter kunste unnd sprachen beyneben milder unterhaltung der Professorn gnedigligen erhelt schutzet unnd handhabet sondern tragen auch inmassen fromen unnd trewen dienern geburth ein hertzlichs undt christlichs mitt-
10 E.F.G. ihrer christlichen unnd furstlichen bekentnuss und eifers halben ohne unterlass von etzlichen hohen Potentaten zugefuguet wirdet und bitten den allmechtigen Gott, er wolle E.F.G. sterke an leib unnd seel solche obliegende beschwerden zuertragen und uberwinden gnediglichenn ver-
15 leihen.

Dieweil uns dann, gnediger furst und herr E.F.G. jetzt angezeigter zuestand, beyneben derselbigen zuegestandener leibsschwachheit unverbor- gen als wolttten wir nichts lieber denn das E.F.G. von uns jetziger zeitt unbemuhet bleiben möchten. Es fallen aber sachen fur dorann nicht alleine
20 uns sondern auch E.F.G. gantzer universitet nicht wenig gelegen. Derwegen wir E.F.G. in unterthenigkeit zuersuchen keinsweges umbgang haben konnen untertheniges und demutiges vleisses biettende E.F.G. wolle solch unser nothwendiges suchen in gnaden vermerken und uffnehmen. Es wissen E.F.G. sich gnedig zubescheiden welcher gestalt hiebevohr der
25 achtbar und wolgelarte Justus Lipsius zum professorn und collegen in unser facultet vorgeschlagen ahngenommen und bestettigt worden. Ob nuhn

- wol wir die professores facultatis philosophicae mit gemeltem Justo vor unser person sehr wol zufrieden seind und ihnen vor unsern collegam gerne halhten, erkennen und ehren so tragen sich doch des decanats halben
- 30 welchs ihme als einem professorn nach ordnung der statuten itziger zeit geburth irrungen und gebrechen zue. Darumb wir ihm solch decanat simpliciter und absolute ohne condition nicht deferirn können.
- Denn nachtdeme alle diejenigen welche unserer facultet verwand und unsere collegae sein wollen vermöge der privilegiorum und darauff gereicht
- 35 statuten mitt dem gradu magisterii denn sie in einer privilegiata schola per publicam unndt solennem renunciationem empfangen und ahngenommen ornirt sein und dessen gueten glaubwürdigen schein durch schriftliche urkunde oder lebendige zeugen vorlegen müssen, als haben wir ausserheischung unserer gemelten statuten in uffnehmung gedachtes Justi als
- 40 einer ausslendischen und fremden personen derhalben erinnerung gethan darauff er auch durch den ehrwürdigen und hochgelarten herrn Tilemanum Hesshusium die zeit rectorum unsern gunstigen herren und collegam befragt worden welcher uns berichtet das ehegedachter Justus magister wehre darbey wirs domals lassen bleiben und nicht anders gemeinet denn
- 45 das er solchen gradum do es von nöthen gnugsam beweisen kontte und wurde. Derwegen wir ihn dann alsbald in unser facultatem recipirt und der lectur halben mit ihm gehandelt auch nach erforderung der statuten zeugnuss von ihm begeret. Dieweil er aber in gegenwart wieder unser verhoffen mit zeugniss ungefast haben wir ihn mit dieser ausdrücklichen
- 50 ahngehengten condition in facultatem recipirt das er innerhalb eines halben jhars seines Magisterii zeugniss zuwegen bringen soltte wir haben ihn auch die statuten dorin solches begriffen vorgelesen und gezeiget.
- Do nuhn itziger zeit das decanat wie oben gemeldet uff ihnen transferirt werden soltte haben wir ihme zwar dasselbe unwegerlichen decernirt doch
- 55 mitt freundlichen widerholung obgesatzter condition als das er kegen der zeit vorstehender promotion und ehe ehr derhalben intimirte sich mit zeugnuss gefast machen soltte. Wir haben ihme auch domals zu gemut gefurt das solche forderung nicht alleine unsern eidspflichten die wir den statuten gethan gemess sondern auch zuverhuetung allerley nachrede,
- 60 schimpfs und unraths so von wegen der Privilegien welche doctores in allen facultatibus erfordern der universitet und uns allen begegnen möchte und dan furnemlich zu seinem des Justis eigenem gelimpf nutz und vorthail gemeint und gerichtet wehre sintemal zubesorgen wo er nit genugsam zeugniss seines ahngenommenen publici gradus vorlegen wurde das zur zeit
- 65 der Promotion sich schwerlich jemand finden und ahngeben wurde und im fall do schon etliche von jhene promovirt wurden doch vor keine Magistris gehalten werden möchten. Über diss seind auch exempel ahngezogen worden als das exempel doctoris Johannis Mylii und darneben gemeldet das doctor Mylius uff uns vleissig achtung geben wurde ob wir
- 70 auch praesenti casu so steiff uber den statuten halhten wurden inmassen gegen ihme geschehen. Item das exempel Boceri welcher ein „poeta laureatus“ und professor zu Rostock etliche jhar gewesen vonn dem man nit anders gedacht denn das er promotus magister artium wehre alldieweil er sich vor ein Coloniensem magistrum aussgeben auch also gescholhten

75 worden. Als er aber decanus geworden und nuhn ahngeschlagen in vor-
 habens Magistros zu creirn ist keiner komen der sich ahngegeben hette und
 ist ein geschrey erschollen das er nicht promotus magister wehre derwegen
 er nach vleissiger gehalten nachforschung vor den senatum academiae
 gefordert und ernstlich befraget worden als hatt er bekennet das er nit
 80 promotus magister wehre darauff er alsbald des decanats entsetzt und ein
 ander substituirt er auch dohin gewiesen das er in derselbigen nehesten
 promotion hat gradum petirn und ahnnehmen müssen. Es ist auch sonsten
 anderer exempel meldung geschehen die wir umb kurtze willen auff diss-
 mal zuerzelen unterlassen. Diese unsere freundliche suchung unnd vor-
 85 geschlagene condition hatt Justus mit nichten ahnnehmen noch darein
 willigen wollen. (Wie wol er sich dennoch in congressibus publicis und
 sonsten pro decano erzeigen thut) mit vorwendung das ihme von wegen
 der niederlendischen kriegsempörung gantz gefehrlich wehre ein testimo-
 nium auss Cöllen von den jesuitem, bey denen er vor zehen jharen magister
 90 geworden wehre anhero zu bringen dargegen wir ihme vorgehalten die
 gefahr welche unsern privilegien und uns darob stunde so wir ihnen ohne
 unverdechtige zeugnissen seines gradus die promotion vorrichten liessen.
 Dessgleichen haben wir auch ahngezeigt das es nit unmöglich auch nit so
 fast gefehrlich von Cöllen ein testimonium anhero zu bringen sintemal er
 95 durch gute freunde und bekandte auch in sein eigen patriam handeln
 liesse aber ungeachtet solcher und dergleichen vorhaltung beharret Justus
 uf seiner weigerung und unterstehet sich unsere statuten zu seinem vorteil
 ausszulegen und zu deuten welchs wir ihm aber auss folgenden erheblichen
 ursachen und motiven keinesweges gestatten wollen noch können. Denn
 100 wie die statuta nit von uns sondern unsern vorfahren auss geheiss und
 verordnung E.F.G. und derselben geliebten herrn bruedern gestellt auch
 von E.F.G. und hochgedachten ihren geliebten herrn bruederen nach
 allersampt von Gott hochbegabter weissheit und verstand recht wol be-
 wogen approbirt und confirmirt seindt. Derwegen uns dieselbigen zu
 105 endern oder unsers gefallens zu limitirn und deuten mit nichten gebühren
 will also seind auch die wort derselbigen so clar hell und eigentlich gesetzt
 das nichts zweiffelhafftiges darinnen ist wie sie denn vormals nie solcher
 gestalt in zweiffel gezogen worden und domit E.F.G. solchs im werck
 befinden moegen so seind diss die wort der statuten „Priusquam recipiatur,
 110 afferat vel scripto vel viva voce testimonium sui gradus. Item doceat se
 per annum fuisse magistrum.“ So seind auch solche statuten niemand zu
 nachtheil oder beschwerung sondern uffs einfeltigste wie es nicht allein
 dieser sondern aller universitet gewonheit und notturfft erfordert gestellt.
 Und wurde durch solche deutung do wir dieselbige einmal zu liessen ursach
 115 gegeben und gleich ein fenster auffgethan zu andere weiterer Irrung und
 zu endlicher zerruttung und labefaction der statuten. Denn so bald einer
 vermerken wurde das die statuta seinem vornehmen zuwider wurde er
 eine deutung die ihm dienlich erfinden und musten also die statuta nach
 aller derer willen so ahngenommen wurden gelenckt nichts gewisses in sich
 120 halten. Dirweil dan nuhnmehr die gantze sache uff den statuten die von
 E.F.G. confirmirt und biss dahero unverändert und ungedeutet in ihren
 einfeltigen claren wortten und verstande geblieben seindt beruhet als bitten

- E.F.G. wir in unterthenigkeit sie wollen uns bey denselbigen gnediglichen
 125 schutzen und handhaben und vielgedachten Justo ufferlegen ein testimo-
 nium seins gradus vor der nehesten promotion uns zu behendigun ge-
 achtet das er vor sein person sagt und bekennet er habe den gradum
 130 Magisterii vor zehen jharen zu Coellen bey den Jesubitem bekommen auch
 sich zu eim jurament hiebevot erboten. Denn obschon dem also wehre und
 wir ihm derhalben gerne glauben geben, so seind doch unsere statuta mit
 135 solchem eigenem bekenniss nit zu frieden melden auch gar nichts von
 juramento sondern fordern schriftliche oder glaubwirdiger zeugen mund-
 liche urkunde welchs von den stifttern der statuten gewisslichen auss sehr
 erheblichen und wichtigen ursachen dermassen gesetzt und geordnet worden
 140 damit nit den privilegiis und der universitet ein schaden und nachtheil
 daraus entstehen oder auch diejenigen so promoviren wolttten an ihrem
 gradu und ehrstand angefochten werden moechten. Wenn man so liederlich
 jederman ohne zeugniss zum decanat und andern sachen zuliesse und
 wirdet solches in andern hohen schuelen und faculteten auch dermassen
 gehalten denn uns ist wissentlich das vor dieser zeit sich in der superiorum
 145 facultatum einer ein gleicher fall begeben do eine person auch mit ein
 jurament betewren wollen das sie licentiam an andern ortten erlanget. Man
 hatt aber damit nit wollen zu frieden sein sondern ist den statuten nach-
 gangen welche schriftlich oder mundlich zeugniss gleubwirdiger leut
 erfordern und macht uns zwar mehrgedachtes Justi und seines magisterii
 150 halben nit geringen zweiffel das er testimonium Baccalaureatus in luce mit
 sich gebracht dorinnen aber des magisterii gar nichts gedacht wirdet.
 Dessgleichen das wir von etzlichen welche zu Coeln bekant seindt berichtet
 das die Jesubiter des orths die universitet nit innen sondern ihre eigene
 besondere „scholam separatam ab academia“ haben sollen so seind auch
 155 andere umbstende mehr, welche uns zweiffelhaftig machen, die wir aber
 itzo geschweigen.
 Demnach seind zu E.F.G. wir der unterthenigen zuversicht, sie werden
 ihre gegebene und confirmirte statuta in ihren klaren verstande die wortt
 geben erhalten und schutzen unnd nit zugeben das durch deutung unnd
 160 limitation fernerer unrath verursacht werde wie wir dann E.F.G. hiemit
 derhalben in unterthenigkeit demutiglichen ersuchen und derselbigen diese
 gantze sache zu dijudicirn und decitirn heimgeben mit untertheniglicher
 erclerung was E.F.G. nach der selbigen hohen furstlichen verstande statuirn
 und ordnen solchs mit gebuhrlicher reverentz in unterthenigkeit ahnzun-
 165 nehmen und in librum actorum zuebringen. Befehlen hiemitt E.F.G. in
 gottes allmechtigen und gnedigen schutz und bitten denselbigen inniglich
 das er E.F.G. zugestandene leibsschwachheit gnediglichen wenden und
 E.F.G. wiederumb zu voriger ihrer gesundheit umb seines namhens und
 des gantzen landes heilsamer wolfart willen bringen wolle wie wir dann
 170 der ungezweiffelten hoffnung seind zu Gott das er solche unsere und
 anderer fromen Christen gebet so derhalben geschicht nit werde vergeblich
 sein lassen. Und wir seind E.F.G. unterthenige und gehorsame dienste
 jederzeit zu tag unnd nacht zuer zeigen hochstes unsers vermoegens ge-
 vlissen. Datum den 25 ten februarii dieses 1573 jhars.
- 170 E.F.G. Unterthenige gehorsame Vicedecanus unnd Professores sampt andern

Magistris facultatis philosophicae zue Jhena.

Dem durchlauchtigenn hochgebornen fursten unnd herrn, herrn Johann Wilhelmen hertzen zue Sachssen, Landgraven in Duringen unndt Marg-graven zue Meissen unserm gnedigen fursten unndt herrn etc.

- 175 Justum Lipsium betr. welcher nicht Magister und sich gleichwol fur einen ausgeben, wodurch solcher kein Decanus werden.

7. Bescheid van de vorstelijke kanselarij aan de Universiteit Jena, 26 februari 1573.

Unser Gnädigster Furste und Herre hatte befolen dem Rectori und Senat Seiner Fürstlichen Gnaden Universitet Ihena uff yren auch der facultet Philosophiae bericht volgenden bescheidt zugeben weyl S.F.G. nach gelegenheit dises falles der professoren vorwenden für vuerheblich aber des rectoris und senatus bedencken dem rechten und billickeytt gemess achten und halten. So lassen es S.F.G. bey albereytt ausgangenen befelich entlich beruhen mit gnedigem beger das Magister Justus Lipsius unverhinderter dinge ad decanatum solle admittirt worden. Daran geschicht S.F.G. entliche meynunge. Signatum Weymar den 26 Februarii Anno 1573.

5

8. Idem.

U.G.F. und herre hatt albereytt dem Rectori und Senat der Universitet Jhene, entlich befel überschickt, wes sich die professores artium, des Decanats halben kegen M. Justo Lipsio professore Oratorie, erzeigen und verhalten sollen, ungeachtet yrer kegenbedencken. Bey solchem bescheidt lassen S.F.G. es nochmals beruhen und geschicht daran S.F.G. entliche meynunge. Signatum Weymar Den 26 februarii Anno 1573. F. S. Cantzley etc

5

Bescheidt der Facultatis Philosophiae zuzustellen.

9. Brief van Caspar Melissander(?) aan Tilemann Heshusen(?) 26 februari 1573⁹.

9. Al is de handtekening die onder de brief voorkomt rijkelijk van krullen voorzien, menen wij er toch de naam van Melissander in te herkennen. Het is zeker geen brief van hertog Johan-Wilhelm zoals Goetz G. (*Justus Lipsius und sein Dekanat in Jena in Festschrift für Otto Dobenecker*, Jena 1929, p. 369) meent. Vooreerst is dit paleografisch onmogelijk wat de handtekening betreft en bovendien bezigt de hertog steeds het Duits als taal om met de Universiteit Jena te communiceren. Goetz meent verder dat de brief gericht is aan Eberhardt von der Tann, maar ook daarin kunnen we hem niet volgen. We zijn veeleer van oordeel dat Melissander aan Tilemann Heshusen, rector van de Universiteit schrijft.

1° op dokument 4, dus de brief van de Vicedekaan en van de Magistri Artium van Jena (25 febr. 73) aan Melissander staat een Latijns onderschrift „Heshusio scribendum...”

2° Het is de enige brief waarin een paar Griekse woorden voorkomen (Cf. zijn voorliefde voor het Grieks, die hij aanduidde door het vergrieksen van zijn naam).

3° De allusie die hij maakt op zijn eigen levensomstandigheden (r. 8-19), hij werd zelf als „Generalsuperintendent” van Pfalz-Neuburg verdreven vlak voor zijn komst naar Jena.

Schrijver is ervan overtuigd dat alleen nijd de professoren ertoe brengt Lipsius moeilijkheden te berokkenen.

- Salutem aeternam ab aeterno Dei filio, Amplissime et nobilissime vir. reddo litteras mihi hodie communicatas. Doleo autem ex animo patrem dissidiarum, dissidias eas in tam ancipiti rerum statu inter professores serere. Quantum vero ego animos eorum cognitos perspectosque habeo,
- 5 vobiscum statuo mera ambitione et livore eos agitari, ut bono viro quaestionem non omnibus numeris necessarium moveant. Est quod ipse scribit : eos fortunae huiusmodi inexpertos, semperque in ocio honoreque versatos miseriam exulorum non intelligere. Ego vero, qui leviter primisque tamen labris persecutionis umbram degustavi, facile ipsi fidem habeo condoleoque.
- 10 Dabit igitur tua Amplitudo cum reliquis Dominis Collegis operam ne importunitate unius atque alterius inquieti hominis vir bonus in suo exilio magis vexetur. Facile enim fieri potest ut huiusmodi *νεώφροντοι* in conscientia perturbentur, quum tantam inhumanitatem atque *ἀστοργίαν* apud nostros homines animadvertunt, ex quo facile resiliunt. Summa negotii, meo quidem iudicio, ex eo oritur fonte, quod unus et alter hoc
- 15 viro impedito sperat ad se rediturum hunc Decanatus honorem. Sed vestrae dominationes hoc ulcus pro sua autoritate facile tangere sanareque tempersive poterunt. Bene vale. 26 Februarii 73

Vestrae Amplitudini addictissimus Melissander

- 20 Hoc momento mihi missa est Romana conspiratio cuius exempla XII tuae amplitudini et magnifico Domino Cancellario reddo.

10. Brief van I. Lipsius aan Gervasius Marstaller¹⁰ 26 februari 1573.

Hij vraagt Marstaller's voorspraak bij de raadsheren van de hertog in verband met de moeilijkheden rond zijn bevordering tot dekaan.

Excellentissime et clarissime Domine Doctor.

- Nisi valde confiderem et humanitati et benevolentiae tuae Vir Clarissime non scriberem ad te in re gravissima, quae non magis ad existimationem meam quam ad publicam tranquillitatem pertinet. Cuius utriusque cum
- 5 Excellentiam Tuam studiosissimam esse certo sciam, patieris rogari te ad me, quoniam Vinariae praesens es, ut causam meam quae ad Illustrissimum principem delata est, auctoritate tua et gratia apud consiliarios eius promoveas. Controversia mihi est cum Collegis facultatis nostrae philosophicae, qui me honore Decanatus quem nulla ambitione appetivi sed ex legum
- 10 praescripto et ordine ad me delatum suscepi, privare conantur. Ego cum

10. *Marstaller, Gervasius*, ° Freiburg i. Breisgau - † Zell 1578. Filosoof, mathematicus, dichter, geneesheer. Studeerde te Heidelberg en Wittenberg. 1539 *baccalaureus*, 1544 *Magister* in de filosofie te Wittenberg. Hij behaalde de titel van geneesheer te Pisa. In 1570 bekwam hij te Jena een leerstoel voor geneeskunde. Cf. Joeger III, 213.

Deze brief werd reeds door Goetz (*op. cit.*) pp. 366-367 gepubliceerd.

causam ad universum Senatum detulissem, eiusque sententiis libenter me permississem, Collegae mei cum viderent universum Senatum a me iudicare, rem ad Illustrissimum Principem reiecerunt. Quorum in perspicua aequitate, si licet mihi dicere pertinacia, cum alios omnes tum Reverendos Dominos

15 Theologos nostros imprimis male habuit. Equidem ab Excellentia Tua non aliud peto, quam ut et publica et mea causa manifestam veritatem contra iniqua quorundam iudicia defendas. Quod beneficium ut audacter a te petam, facit perpetua tua consuetudo quam in defendenda veritate studiosè semper servasti. Vale Vir Clarissime. Ienae IV Kalendas Martias

20 CI]I]LXXIII

Excellentiae tuae studiosissimus Iustus Lipsius Iscanius

Excellentissimo et clarissimo viro pietate et doctrina praestanti Domino Doctori Gervasio professori publico in Inclita Academia Ienensi amico optimo.

11. Brief van I. Lipsius aan de hertog Johan Wilhelm¹¹ 28 februari 1573.

Lipsius heeft de titel van dekaan aanvaard omdat deze hem toekwam. Hij kan evenwel om redenen van persoonlijke veiligheid niet ingaan op de eisen gesteld door zijn collega's van de *Facultas Artium*, nl. een officieel bewijs te leveren van zijn titel van *magister*. Hij heeft die titel evenwel 10 jaar geleden verworven bij de Jezuïeten van Keulen. Om godsdienstredenen is hij uit zijn geboortestreek weggevlucht zonder eraan te denken een getuigschrift van zijn Magisterium mee te nemen. Hij is bereid een publieke getuigenis hierover af te leggen, maar de professoren der *Facultas Artium* eisen de stricte toepassing van de statuten. Lipsius vertrouwt op het rechtvaardig oordeel van de hertog in dit geschil.

Illustrissime et christianissime princeps Domine clementissime. Quod liberti et clientes facere solent cum iniuria aliqua premuntur, Illustrissime princeps, ut ad patronos suos causam deferant: idem ego mihi faciendum putavi in hac causa, quae non magis ad existimationem meam quam ad publicam tranquillitatem et dignitatem Academiae pertinet. Quam ut Illustrissima Celsitudo sua benigne cognoscat, cognitam pro summa potestate et prudentia sua diiudicet, clementer et officiose peto. Cum honor Decanatus in Collegio nostro philosophico nulla ambitione mea appetitus, sed ex legum praescripto et ordine ad me delatus esset, eum ut aspernarer

5 neque ex dignitate publica esse iudicabam neque ex honore meo. Sed cum Clarissimi Domini Collegae facultatis nostrae honorem quidem mihi deferrent, condiciones tamen eiusmodi adderent, quas praestare nec pie nec tuto possem, de tota re Senatum universum iudicem delegi, non studio ullo contentionis, Deus mihi sit testis, sed ut modeste propositis rationibus

15 consilii mei, quidquid ille statuisset, eius sententiae libenter postposito

11. Deze brief werd eveneens door Goetz (*op. cit.*, pp. 362-264) gepubliceerd.

etiam honore meo parerem. Acta res utrinque pleno senatu ; rationes omnes benigne et diligenter auditae et cum aequitate caussae meae perspecta, non dubia universi Senatus inclinatio in meam partem fieret, placuit collegis meis spreto Magnifici Domini Rectoris et amplissimi Senatus iudicio, ad

20 Illustrissimam Celsitudinem Tuam caussam deferre. De qua ut iudicari aequius et quae res in controversia versatur, cognosci facilius possit statum rei breviter exponam. Decanatum mihi denegant, quia testimonium publicum gradus Magisterii nullum habeo, quod aiunt statutis cautum esse, ut necui sine eo testimonio aditus ad hunc honorem pateat. Haec illorum

25 oratio est quam aequo a me contra dicantur, Illustrissima Celsitudo Tua cognoscet. Gradum magisterii Coloniae ante X plus minus annos adeptum esse me, ingenue et religiose sum testatus. Eius rei cur testimonium publicum non attulerim, hae sunt caussae. Qui tumultus patriae nostrae fuerit et quae crudelitas grassata in eos omnes, quos suspicio aliqua piae religionis

30 attingeret, non solum Illustrissima Celsitudo Tua cognovit sed extremi iam prope Europae anguli audiverunt. In ea perturbatione omnium rerum, cum discessus consilia agitem, locumque quaererem in quo tranquille in puritate religionis viverem (quod contigisse mihi aeterni Dei gratia et tuo, Illustrissime princeps, auxilio gaudeo) in hac inquam confusione rerum,

35 si animus meus curis gravioribus oppressus de testimonio Magisterii non cogitarit, quod leve tum temporis videbatur, nihil est mirandum. Cum praesertim necessariam eam rem mihi fore, ne per somnium quidem cogitasset, et accepto anteactae vitae meae honesto testimonio, item Baccaureatus in iure (qui titulus dignior videbatur) satis munitum me contra eiusmodi

40 casus putabam. Sed haec responsio mea fortasse etiam Collegis meis probatur : illud tantum urgent, ut nunc testimonium adferri iubeam, idque ante tempus futurae promotionis exhibeam. In quo humaniter ab iis petivi ut paterentur me rationem potius habere periculi mei, quam suae voluntatis. Ego Coloniae apud Iesuitas homines natos ad publicam perniciem adolescentulus vixi ; apud eos honorem hunc accepi ; ab illis aut certe illis consciis si testimonium petere debeam, quibus iampridem religionis nomine suspectus sum, quid periculi fortunae meis proponatur, facile est intelligere. Secreto enim etiam amicis meis ignaris in haec loca veni, quod si publice patefacio (neque enim ea res caelari potest si publice scribo) dubitatio

50 nulla est quin et me statim condemnaturi, et bona fortunasque meas reliquas in fiscum regium sint conversuri. In quo si periculum meum solum ageretur, ferrem moderatius, sed ut ex meo discrimine etiam amicis et affinibus meis invidiae aliquid et suspicionis pariam, abhorret a pietate christiana. Haec me non verbis maiora facere quam re ipsa sint Illustrissima

55 Celsitudo Tua ex usu rerum et cognitione temporum facile cognoscit. Multi enim in iis locis Tyrannidis servi, multi delatores, qui eiusmodi occasione miserorum fortunae insidiantur. Sed obsecro Illustrissimam Celsitudinem Tuam ut perspiciat aequitatem conditionis quam illis fero. Iuramentum quam gravis res sit et quam non temere suscipiendum Christiani omnes

60 novimus et tamen si fidem alia ratione mihi non habent, boni viri stipulatione asseverare me de gradu Magisterii mei velle, sponte illis proposui. Quod recusarunt etiam cum ignominia existimationis meae. Urgent enim statuta quae testimonium scripto aut viva voce requirunt. Quibus libenter

- parere me profiteor, sic tamen ut ea sane et prudenter interpretemur, ne
65 dum verba nuda legis amplectimur, aequitatem quae mens legis est amittamus. Certe enim circumstantiae locorum et temporum etiam in iis legibus quae ad summam Rempublicam pertinent observantur, non verba semper curiose appenduntur. Quamquam religiose hominis probi affirmatio cur minorem vim habere debeat quam scriptum testimonium non intelligo.
- 70 Quam rem praeclare et Magnificus Dominus Rector et Venerandi Doctores Theologi et Iurisconsulti nostri intellexerunt, et in senatu uno ore comprobant. Firma enim haec semper et in Ecclesia et in politia aliis probationibus deficientibus, probandi ratio fuit. Ut omittam me etiam scripta et contractus privatos apud me habere, quibus hoc nomine Magistri appellor ;
- 75 quae videre quia omnium non interest, privatim Reverendo et Clarissimo viro Domino Doctori Heshusio ea ostendi. Haec simplicissima causa mea est non tam rationum multitudine freta quam rei aequitati et Illustrissimae Celsitudinis Tuae prudentiae innixa. Rationes enim Collegarum meorum, quos in hac causa habeo adversarios, pluribus refellere abuti esset patientia et benignitate Illustrissimae Celsitudinis Tuae, cum praesertim eae partim a re alienae sint, partim a veritate abhorreant. Adferunt de Doctore Milio, quod ad hanc rem nihil pertinet, cum ille pro Magistro se nunquam gesserit ; ego talis et habitus semper sim, et esse me antea docui. Addunt Iesuitas non habere privilegia, nec actus istos solennes promovendi exercere ; quod quam remotum a veritate sit, cognoscent omnes qui fines Thuringiae excesserint, et Coloniae, Moguntiae, Treviris, Engolstadii, pedem posuerint. At rumorem hunc inter studiosos sparsum aiunt, Magistrum me non esse, ideoque publice testimonio illum tollendum. De quo non amplius dicam quam vere et sine arrogantia me posse testari, iuventutem mihi non pessime velle, id quod in lectionibus meis assidue frequentandis ostendit et rumor hic a quibus spargatur, malo Illustrissimam Celsitudinem Tuam per se cogitare quam ex oratione mea cognoscere. Quid praeterea opposituri sint, difficile divinare possim ; haec in Senatu quia publice dixerunt, refutanda videbantur. In mores aut vitam meam ne quid
- 95 vere dici possit, Deo iuvante praestabo. Illud te Illustrissime Princeps in cuius tutela et haec Academia et magna pars Ecclesiae vere Christianae est, supplices rogo atque obtestor, ne Celsitudo Tua existimet me studio contentionis a quo et natura et haec fortuna mea longissime absunt, quidquam facere, sed partim ut defendam honorem meum, partim ut patrociner iudicio universi senatus qui a me stetit. Ab Illustrissima Celsitudine Tua et statuta ipsa et eorum interpretatio, sive etiam moderatio dependent ; quidquid in hac re iudicaverit, non solum ratum id habebo ut necesse est, sed etiam optime et prudentissime constitutum iudicabo. Unum tantum officiose peto, ut me qua labes praeter meritum meum existimationi meae aspergatur, neve in hac calamitate exilii mei novae molestiae mihi obiiciantur quibus et ego libenter caruero, et quas Academia nostra hoc tempore minime requirit. Deus optimus maximus Illustrissimam Celsitudinem Tuam quam diutissime Ecclesiae suae et publicae saluti servet incolumem.
- 100 Datae Ienae IV Kalendas Martias CI^oCI^oLXXIII.
- 105 Illustrissimae Celsitudini Vestrae Humilis et addictus cliens
Iustus Lipsius Iscanius

Illustrissimo Principi et Domino Domino Ioanni Wilhelmo duci Saxoniae, Lantgravio Thuringiae et Marggravio Misniae domino suo clementissimo.

R. 27 *testimonium publicum*: H. D. L. Vervliet, *op. cit.*, p. 12, vergist zich bij de interpretatie van deze passus. Lipsius zegt *niet* dat de Keulse Universiteit hem wegens de oorlogsomstandigheden het betwiste diploma niet had kunnen uitreiken, hoewel hij de voorgeschreven proeven had afgelegd. Lipsius doelt hier integendeel op de onzekere toestand in zijn vaderland bij zijn vertrek in 1571.

12. Brief van Lipsius aan Eberhardt von der Tann¹² 26 februari 1573.

Lipsius verzoekt hem te willen optreden om de professoren van de Facultas Artium te beletten een bode naar de Universiteit te Keulen te sturen, om inlichtingen in te winnen over zijn promotie tot „Magister”. Niet dat er enige twijfel bestaat dienaangaande, maar terwille van het gevaar, dat zowel hijzelf (verbeurdverklaring van zijn eigendommen) als zijn vrienden hierdoor zouden lopen.

Amplissime et Nobilissime Domine

- Facit singularis opinio mea quam de prudentia et aequitate Dignitatis Tuae ex multorum sermone concepi, ut hanc causam meam gravissimam tuae potissimum fidei et sapientiae velim committere. Quae qualis sit, ex litteris
- 5 meis ad Illustrissimum et Christianissimum Principem nostrum datis, Dignitas Tua clare cognoscet. Illud tantum quae praecipua mihi ratio scribendi fuit, a Dignitate Tua officiose peto, ut, quoniam ex fama cognovi Dominos Collegas facultatis nostrae statuere nuncium ad Coloniensem
- 10 Universitatem cum litteris mittere, quibus inquirant utrum promotus ego Magister eo loco sim, ea res auctoritate Dignitatis Tuae et iussu Illustrissimi Principis impediatur. Non quia nolim inquiri in promotionem meam quae certissima et indubitata est; sed quod prudentiam tuam non fugit, quia ea res cum periculo et amicorum meorum et omnium fortunarum est coniuncta.
- 15 Quas omnes fisco additum iri, si innotescat in hoc loco causa purae religionis me agere, facile est intelligere. Rationes omnes consilii mei in Illustrissimi Principis litteris accurate et fuse explicavi et causam meam Reverendis Dominis Theologis nostris item Iurisconsultis approbavi. Tantum ne quorundam temeritate in hac calamitate exilii mei novum aliquod vulnus mihi imponatur Dignitatem Tuam etiam atque etiam rogo. Vale
- 20 Amplissime Domine. Ienae IV Kalendas Martis CI^oI^oLXXIII.

Amplissimae Dignitati tuae addictissimus cliens
Iustus Lipsius Iscanus.

Amplissimo et Nobilissimo Viro eruditione, virtute et sapientia praestanti domino Eberhardo a Than vices gerenti Illustrissimi Principis Ducis Saxoniae, domino et patrono suo colendo.

12. Deze brief is eveneens te lezen bij Goetz, *op. cit.*, pp. 365-366.